

A. 1249 XIX.

PHOE BUS  
ACROSTICO ANAGRAMMATICVS  
Honoribus Genialibus  
SPECTABILIS ac MAGNIFICI

# DOMINI DOMINI JOANNIS GODEFEREDI

## LIBERI BARONIS de HELLEMPACH

INCLYTARUM CAMERARUM, LIBERARUM, REGIA-  
RUMQUE MONTANARUM CIVITATUM, CAMERGRAFFIE, URBU-  
ARII PREMARI &c.

Dominini Dcnni ac Mecoenatis sui gratiofissimi consecratus  
ANNO MDCC IV. ac die 14 exhibendus.

ACROSTICON GENIALE.

Ma diu tellus crassis vexata tenebris (jam  
OPhoebi dec, HELLEMPACH! redit igne, en  
astrorum Princeps indignabundus & atrum  
Zigrantis lucis cacoethes, rursus ad Indos  
Zoëtivagos atq; Antipodas detrudit opacos,  
EVAX HELLEMPACH evax! Tibi pulcher Olympo  
Scutigero aslurgit Phœbus fulgore renascens  
Orande bonum Areolis Cœlesti rore refusis!  
Ojubar! ô Cœli sacrum pulcherrime salve  
Deli! depulso fuscæ ô clarissime noctis!  
Infera qvo jam se nymborum turba recepit?  
Trig, opacum qvo in grati Chaos & malè mixtū  
Tunesta aut Caligo gyrans? qvo turbine turbo  
Resit Apollo Polo; fugiunt vaga sydera noctis,  
Et vexata diu recreatur lumine tellus.  
Dira tyrannis abit: jacet hem! prostratus Avern,  
Umbo tenebrarum Phœbus cœcam fugat umbrā  
Sudus ubiq; Polus, Polus est caliginis expers  
Dignas qvapropter tanto pro inuere grates  
Et Phœbo auricom, Summo Phœbiq; Parenti  
HELLEMPACH BARO sincero de pectore fundas.  
Et vos Castalii fontis pia Numinia Musæ  
Lustrantem vastum Cœlesti lumine mundum,  
Luciferum sacris Phœbum celebrate Camœnis,  
Ergò perpetuâ clarus vertigine Phœbe,  
Musarum sydus mundo illustre supino  
Prava tenebrarum haud vexet nos ampli, umbras  
Adhuc felici cursu revehasq; qvotannis,  
Cœruleo curru festivos æthere soles  
HELLEMPACH vultu ut celebret sua festa sereno.

Programma.

IOANNES GODEFFREDUS de HELLEMPACH

Anagramma.

HEM FRENDES PLACIDE GNAVOS DEFLEO.

HEM quā multa seges succrevit vana Sophorum  
HELEMPACH hodie qvos medicina fovet  
Multa seges, sed qvam sterilis sed inanis & expers  
Inscitiae ut plerosq; arguat ipse labor.  
Qvis hanc ritesciat? vel qvis penetravit in ima.  
Viscera? & abstrusas hauserit inde dapes?  
Quid pulsus bene fit? vel respiratio norunt?  
Quid parva, aut magna est? frigida quidq; frequens?  
Systole qvid fidens? aut alta Dyastole qvid fit?  
Qvot species harum? nomina & officium? (quid  
Deniq; qvid Pathognomone? aut Epigenomenon?  
Prognosis aut Cris? qvidq; Epiphœnomena?  
Qvæ lethi sint signa mali qvæ signa salutis?  
Invenies paucos, hac bene qvi sapiant!  
Inspectant urinam tantum, & pocula lustrant:  
Hinc Excellentis, nomen habere volunt.  
His merito FRENDÆ HELLEMPACH arguis istos  
Doctor Praecellens, arte Machaoniæ  
Et Sophiae ignaris FRENDÆ, FRENDÆq; chyrurgis,  
Nomine qvos medico non ratione notas.  
Hinc alatum ingeminat per sapere (heu!) DEFLEO dicens  
Dum Stygiis animas, mergit aq; in Themison.  
Hoc tamen invitis naturæ dotibus esse  
Spectari tantum, qvi voluere modo.  
Tu verò HELLEMPACH hausti pneumata magna,  
Mox ubi cepisti, luminis esse Capax  
Robustum Phœbin fortius, & eucraton alnum.  
Quare artifici mox, Phœbus Apollo Tibi  
Ex qvo perfaciili studio faciliq; Minervæ  
Abdita naturæ, funditus hausta tenes  
Funditus hausta tenes mundi cursusq; Polosq;  
Astrorum varios, signiferiæ vices  
Funditus hausta tenes Cœlestium oracula Divinæ,  
In quæ solvificum nectar habere putas,  
Funditus hausta tenes, conditorum scripta Sophorum.  
Deniq; qvæ magnâ perficiuntur ope  
Quæ solitum nostro Doctor celebratus Olympo  
Hoc agis, ut cunctis, candidus esse queas  
Atq; etiam Musas, Sophiae GNAVOSq; laborum.  
Digno Mecœnas, semper honore bees.

Michael Spetkus

Impressum, SOL NÆ Typis Dádanianis. per Wenceslaum Krolob.